MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS
IN ACADEMIA LIPSIENSI
CONSENSV
DE QVAESTIONE:
AN

CONDVCTOR AEDIVM

CONTRA LOCATOREM

OB VSVM REI CONDVCTAE

IMPEDITVM

POSSESSORIVM SVMMARIISSIMVM

INSTITVERE QVEAT?

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PRAESIDE

DN. ABRAHAMO KAESTNERO

IVRIVM DOCTORE ET PRACT.
IN AVDITORIO ICTORVM
DISPVTABIT
IOANNES GOTTLIEB HERRMANNVS,
GORL. LVSAT. N. P. C.

LIPSIAE, cIɔ IɔCC XXXIX, die XVIII. Martii.
LITTERIS GABRIELIS TROGII.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO
PRAENOBILISSIMO AMPLISSIMO
CONSVLTISSIMO EXCELLENTISSIMO
DOMINO
DOMINO
GEORGIO DAVID WILCKIO,
POTENTISSIMO POLONIARVM
REGI ET ELECTORI SAXONIAE
A CONSILIIS AVLICIS
IN SVPREMO DIRECTORIO
RERVM AD CVRSVM PVBLICVM SPECTANTIVM
QVOD LIPSIAE EST
SVPERIORIS POSTARVM ADMINISTRATORIS
ADIVNCTO
SVSCEPTORI
E SACRO BAPTISMATIS FONTE
LONGE HONORATISSIMO
PATRONO ATQVE FAVTORI SVO
AETATEM COLENDO

LONGISSIMAM VITAM

TRANQVILLITATEM FLORENTEM

FORTVNAM CONSTANTEM

FELICISSIMVM OMNIS BONI COMPLEMENTVM

ET QVAECVNQVE TANDEM VOTA

ESSE POSSVNT

OPTIMA

SVBIECTISSIMA ANIMI DEVOTIONE

ADPRECATVR

IPSIQVE HAS STVDIORVM SVORVM

PRIMITIAS

SACRAS ESSE CVPIT

CLIENS

IOANNES GOTTLIEB HERRMANNVS.

Digitized by Google

DISSERTATIO
DE QVAESTIONE:
AN CONDVCTOR AEDIVM
CONTRA LOCATOREM,
OB VSVM REI CONDVCTAE
IMPEDITVM
POSSESSORIVM SVMMARIISSIMVM
INSTITVERE QVEAT?

§. I.

INfinitae ſunt, quae circa locationem inter Doctores deprehenduntur lites. Controuertunt magnopere, an tacitus in hoc contractu ſufficiat conſenſus? quod negat TREVTLERVS *Vol. 1. diſput. 29. §. 1.* cui accedit LAVTERBACH aliique, quos tamen rite refellit BERGER *in Reſol. Lauterb. p. m. 376. conf.* HARTMANN, *de tacita locatione*

Digitized by Google

conductione, Ienae 1724. Diſſentiunt ICti magni nominis, quando locatio in ſcriptura celebrata intelligatur? quam litem neruoſe et accurate, vti facere ſolet, refert *ill.* LEYSER *Spec. ad π. CCCXXII. med. 1. et 2.* & *Spec. ad π 213. med. 1.* vbi varia tacitae locationis exempla adfert; *conf.* de WERNHER *P. I. O. 68. p. m. 83.* qui inter conſenſum tacitum ab initio & ex poſt facto diſtinguit, et poſteriore caſu ſaltem adeſſe tacitum contractum, adſerit, quam quidem diſtinctionem non agnoſcimus. Digladiantur mirifice circa intellectum *l. 13. §. vlt. ff. loc. cond.* de quo *vid.* PRAESES *in diſputat.* de ſcripturae neceſſitate, *c. 11. §. 15.* Contendunt operoſe: *an per locationem ad longum tempus factam, ius reale aliquod, ſeu vtile dominium a conductore acquiratur?* de qua controuerſia magno agmine haud vltimi ſubſellii ICtos adfirmantes et negantes adducit *Dn.* ESTOR, in kleinen Schrifften, *Vol. 1. p. m. 147.* ſub rubrica: Von Verpachtung auf Lebens-Zeit, Willkür und lange Zeit. Adfirmantes vero longe errare, ſolide etiam diſcuſſit FRANZK. *de Laudemio c. 15. n. 5-21. it.* WISSENB. *ad Inſtit. diſp. 36. th. 11.* Cui & nos calculum addere, nulli dubitamus.

§. II.

An vero conductor aedium contra harum locatorem, ob vſum rei conductae impeditum, *Poſſeſſorium Summariiſſimum*, vti vocant, inſtituere poſſit? paucos, qui hoc adfirmant, inuenies. Et inter caſus non adeo frequenter contingentes, talem haud immerito referimus. Occurrebat interim is in terminis, *vti loquuntur, anno 1737.* coram Praetorio Lipſienſi.

§. III.

Actor in cauſa G. H. R. contra B. B. ſequentem in modum iudicem implorabat: Daß ob er wohl von 1. 2. 3. 4. und mehr Jahren in poſſeſſione vel quaſi des in ſeiner auf dem Neuen-Marckt allhier in Beklagtens Hauße 2. Treppen hoch, innenhabenden Wohnung auf dem Saale befindlichen in Hoff gehenden Guß-Steins, zu Herausgieſſung des unreinen

Waſſers

Waſſers zu bedienen, ſich bis daher ruhig befunden, dennoch Beklagter am 9. Sept. a. c. Abends nach 6. Uhr, ſich unterſtanden, durch Hinweg-Reiſſung, des durch die Mauer angelegten Drichters und herunter gehenden Schlauchs, auch Zumachung des in der Mauer gemachten Lochs, Klägern zu turbiren. Bittet alſo Beklagten nach erfolgter Einlaſſung auf die Klage, bey einer nahmhafften Straffe auf zu erlegen, daß Beklagter alles in vorigen Stand ſetzen, und Klägern in ruhiger *Poſſeſſ vel quaſi*, des Durchgieſſens aus dem quaeſtionirten Guß-Steine, bis Beklagter in *Ordinario Poſſeſſorio vel Petitorio* ein anderes ausgeführet, laſſen, *cautionem de non amplius turbando* beſtellen, auch alle verurſachte Schäden und Unkoſten erſtatten ſolle.

§. IV.

Reo litem negatiue conteſtante, actor pro tuenda ſententia ſua *tria* potiſſimum vrgebat. 1) Iudici articulos exhibebat, ſimulque trium teſtium examen petebat, ex quorum depoſitione poſſeſſionem quietam, et turbationem a locatore factam, deducere annitebatur. 2) ad annuam poſſeſſionem ex dicta depoſitione prouocabat, ſicque 3) aſylum tutiſſimum in *§. 19. append. Ordin. Recog.* quaerebat, quibus adductis victoriam ſe reportaturum, ſperabat.

§. V.

Poſſeſſorium vero a conductore contra locatorem plane non poſſe inſtitui, ex ſequentibus adparebit. 1) Interdicta retinendae & recuperandae poſſeſſionis, habentur pro actionibus realibus, *v.* TITIVS *Obſ. Lauterb. XXXII. n. 4. et 5. p. m. 20. ſeq.* conductor autem contra locatorem realem actionem inſtituere nequit, ergo nec interdictum (ſeu poſſeſſorium,) *ſiue* retinendae *ſiue* recuperandae poſſeſſionis. 2) Inſtituens Poſſeſſorium, docere etiam debet *ſe poſſidere*, atqui de conductore, eum poſſidere, dici nequit, per *l. 60. §. 1. ff. loc. cond.* ibi: *domino poſſidere*, et per *l. 32. §. 1.* de A. *vel* A. P. ibi: *locator*

poſſeſſio-

poſſeſſionem per conductorem rectiſſime retinet. Si igitur verum eſt, quod conductor nomine locatoris poſſideat, et per eum ius huius conſeruetur, ſequeretur 3) quod locator contra ſe ipſum Poſſeſſorium inſtitueret, nam ſe ipſum in poſſeſſione turbaret, quod tamen nemo ſine abſurditatis nota adſerere audet. Dictis a quibusdam *lex. 15. §. 1.* in verbis: *forte quia poſſeſſio, ff. loc. cond.* obiicitur; apprime tamen *de* BERGER *in Reſol. leg. obſtant. ad Lauterb. p. m. 390.* reſpondet: *hanc legem loqui de poſſeſſione impropria, quam detentionem naturalem vocant. Neque enim*, pergit, *conductor rem animo ſibi habendi detinet, ſed nudum miniſterium locatori praeſtat.* Naturalis itaque detentio ſaltem in conductorem transfertur, *v.* FRANZK. *ad ff. tit. loc. cond. n. 88.* nullum vero dominium, ſiue aliud ius in re, *v. l. 39. ff. loc. cond. l. 65. et l. 80. §. vlt. de contrah. emt.* Conductor enim non ſuo, ſed locatoris nomine in praedio eſt, et hinc non pro poſſeſſore, ſed nudo detentore haberi debet, cui interdictum *vti poſſidetis* nequaquam competit, *v. de* WERNHER. *P. 1. O. 87. n. 4. p. m. 108. Conſ.* COCCEIVS *in iure controuerſo, tit. loc. cond. quaeſt. 32. p. m. 937.* Sicut autem nec ipſe conductor poſſidet, ſic poſſeſſionem locatori nullo modo interuertere poteſt. Proinde ſi colonus poſſeſſionem fundi in alium transferat, *vel* eandem negligat aut deſerat, et alius eandem occupet, nondum cenſetur amiſſa locatoris poſſeſſio. *v. l. vlt. C. de Acquir. et retin. poſſeſſ.* Obiiciunt quidem leges 44. *§. 2. de A. vel A. P. et l. 33. §. 4. de vſucap.* his vero legibus Pandectarum per dictam legem *vlt. Cod.* derogatum eſſe, oſtendit de WERNHER. *P. V. O. 80. p. m. 125.*

§. VI.

Militat 4) pro locatore, doctrinam locationis eſſe iuris naturalis, id quod vel ex eo liquet, quod vulgo etiam contractus hic conſenſualis et iuris Gentium dicatur, ex quo prono fluit alueo, omnia, quae locatorem inter conductoremque viciſſim praeſtanda, ex contractu celebrato diiudicanda eſſe, cum

quilibet

Digitized by Google

quilibet rei ſuae legem dicere queat, *v. l. 21. C. mandat*, inuitus quippe ad locandum cogi nequit, niſi ex ratione vtilitatis publicae, *v. l. 11. §. 5. de publican.* 5) locator ad nihil aliud conductori tenetur quam vt ſecundum conuentionem praeſtet *vſum rei* locatae. Sic enim VLPIANVS *in l. 9. ff. loc. cond.* ait: *Si quis domum vel fundum locauerit, teneri eum ex conducto ei, qui conduxit, vt ei praeſtetur frui, quod conduxit, licere.*

§. VII.

Ex modo adductis ſatis adparet, quod nullatenus conductor contra locatorem *Poſſeſſorium* inſtituere poſſit, ſed, ſi vel *vſus rei* iuxta conuentionem non concedatur, vel pendente contractu, *in vſu rei* impediatur, contra locatorem agere ſaltem liceat, ad fidem contractus implendam, *i. e.* vt conductor habeat facultatem re locata vtendi; Si nolit, conueniri poteſt, et condemnabitur ad praeſtandum, quod promiſit, cum eo, quod intereſt ex mora, *vel* ſi id amplius fieri nequeat, aut conductori non ſit commodum ad vſum rei contendere, vt in *l. 24. §. 4. loc. cond.* damnabitur, vt id, quod intereſt, ſoluat, *v. l. 7. et 8. c. l.* Qua tamen praeſtatione, ſi res ipſa praeſtari queat, liberare ſe non poteſt: Sed tum demum, quando non eſt ipſi in poteſtate, rem ipſam praeſtare conductori. *l. 9. in pr. et l. 15. in pr. l. c.*

§. VIII.

Ad momenta denique actoris *§. 4.* adducta, facillimo negotio reſponderi poteſt. 1) enim teſtium depoſitio erat actus plane fruſtraneus, quia hi ſaltem de facto, non vero de iure deponere poſſunt atqui *de iure* conductorem *Poſſeſſorium* inſtituere non poſſe, ex hactenus adductis manifeſte adparet. Vt nil dicam, modum praeſcriptum, etiamſi Poſſeſſorium locum habuiſſet, ab actore obſeruatum non fuiſſe, vti ex collatione implorationis (*§. 3. recenſitae*), *et §. 19. Append. Ord. Recogn.* non difficulter deducitur. Quando autem 2) in hac ipſa lite ad *annuam poſſeſſionem* prouocatum fuit, incongruum omnino hoc videbatur. Euoluenti enim *cit. §. 19.* ex quo robur ſuum *annua haec poſſeſſio* accipere debebat, ſtatim in oculos incurret, quod Potentiſſimo legiſlatori ibidem ſermo ſit, *partim* de poſſeſſione iurium, *partim* de

 ſerui-

Digitized by Google

ſeruitutibus vrbanis et ruſticis, *ſeu* continuis *et* diſcontinuis. In illis, *continuis ſeu vrbanis* requirit Legislator *annuam poſſeſſionem*, ſi contra impedientem actor *poſſeſſorium* inſtituere velit. Aſt conductori haec minime prodeſſe poſſunt. Seruitus quippe, *ſiue* ſit continua, *ſiue* diſcontinua, praeſupponit ius quoddam in re vicini, vi cuius vicinus tenetur aliquid pati, vel prohibetur facere. Si autem dominans in vſu huius iuris impediatur, aduerſus impedientem experiri licet. Tale ius vero conductori non competere, *§. 5. inf.* oſtenſum fuit, ergo etiam fruſtra ad *annuam poſſeſſionem* prouocat. Et quia inſuper in locatione conductione id ſaltim agitur, vt conductor vſum rei tantum habeat; non vero vt ius aliquod in illum transferatur; quilibet vero contractus ex partium contrahentium intentione diiudicandus eſt, *v. l. 2. §. 1. ff. de R. C.* perperam conductor iuris alicuius, quod non habet, poſſeſſionem praetendit. Nemo itaque hiſce ponderatis, conductori ex §. 19. Appendicis *O. R.* ad quem 3) actor in lite recenſita, tanquam Clypeum fortiſſimum confugiebat, Poſſeſſorium, concedet. Recte igitur repulſam vna cum expenſis tulit, poenamque temere litigantis ſenſit. Sic enim inclutus Scabinatus Lipſienſis *Menſ. Dec. 1737. ad Praetorium Lipſienſe*, in dicta cauſa, pronunciauit.

Auf Klage, Exception und erfolgte Geſetze in Sachen G. H. R. Klägers an einem, Curatoren B. B. Beklagten andern Theils, ſo dieſelbe uns ſamt denen dißfalls ergangenen Acten übergeben, und ſich des Rechten darüber zu belehren gebeten haben: Sprechen wir Königl. Pohln. und Churf. Sächſl. Schöppen zu Leipzig vor Recht: Daß Kläger vor allen Dingen den geforderten Verſtand der Unkoſten halber auf 30. Thaler hoch zu beſtellen ſchuldig; Und es hat, weil ein Miethmann, zumahlin ſolchen Puncten, worinnen er vor ſich den Mieth-Contract nicht anziehen kan, wieder ſeinen Vermiether, in Anſehung der vermietheten Sache, eine Poſſeſs mit Beſtande nicht behaupten mag, die Klage *fol. 1.* angebrachter maſſen, nicht ſtatt. Es iſt auch Kläger die dadurch verurſachte Unkoſten nach vorhergehender Liquidation und richterlicher Ermäßigung

Digitized by Google

ung Beklagten zu erſetzen ſchuldig. Im übrigen ſind die *f. 27. b. ſeq.* ſub A. und B. liquidirte Expenſen ohne Abgang zu paſſiren.

§. IX.

Ad illuſtrationem huius ſententiae adhuc notandum, partes litigantes contractum locationis in ſcriptis celebraſſe, in quo nec mentio iuris effundendi aquam impuram in certum locum, ſich des Guß-Steins zu bedienen, erat facta; Huc collineant ſententiae verba: Zumahl in ſolchen Puncten, worinnen er vor ſich den Mieth Contract nicht anziehen kan. Non vero inferendum: Si clauſula haec: ſich des Guß-Steins zu bedienen, contractui inſerta eſſet, conductorem tunc Poſſeſſorium inſtituere poſſe. Haec quippe clauſula nil intuitu poſſeſſionis mutat, ſed, hac non obſtante, manet adhuc contractus locationis, vi cuius conductor ius locatoris continuat conſeruatque, ius vero reale minime conſequitur. (*v. §. 5.*) Licet itaque contractus dicta clauſula ſit munitus, alium tamen effectum habere nequit, niſi quod locator, qui in vſu rei conductorem impedit, ad intereſſe teneatur, per *l. 15. §. 8. et 33. in fin. loc. cond. conf.* PANTSCHM. *L. 1. qu. 13. n. 9. 10. p. m. 137.* iniquum enim eſſet, vt conductor damnum ferre deberet, ſi culpa et facto iniuſto aduerſarii contigerit, *a. l. 8. de Naut. foen.* PARIS. *Lib. 1. conſil. 38. n. 17.*

§. X.

Caeterum circa implorationis (*§. 2. adductae*) finem etiam obſeruandum: *cautionem de non amplius turbando* in poſſeſſorio ſummariiſſimo quidem communiter exigi, et a collegiis Iuridicis etiam decerni. Hanc vero iure ſcripto non niti, nec vtilitatem aliquam praeſtare optime docet *ill.* LEYSER. *ſpec. ad ff.* DVH. *med. 16. p. m. 732. ſeq.* Abrogauit eapropter hanc cautionem Potentiſſimus atque Sereniſſimus Legislator Saxo; Saluberrime enim lege noua iudiciaria *ad Tit. XXXIX. §. 3. p. 212.* conſtituit, vt, ſi condemnatoria ſententia *facto aliquo abſtinere* iubeat, loco cautionis certa poena condemnato praeſcribatur, quae non ſolum a non obediente ſtatim exigenda, ſed etiam alia, eaque duplicata, ei porro imponenda eſt. Ex qua ſanctione adparet in Electoratu hodie hanc clauſulam in libellis ſuperfluam ſineque effectu eſſe.

Deni-

Digitized by Google

§. XI.

Denique paucis adhuc monendum, ab ea, quam in praecedentibus amplexus ſum, opinione, recedere de BERGER *in Oecon. iur. lib. 2. tit. 6. §. 1. n. 1. p. m. 545. edit. nou. et El. Proc. Poſſeſſor. Th. XXI. p. m. 110.* quo loco, iudicio *poſſeſſorio ſummario* etiam vſufructuarium, creditorem pignoratitium, inquilinum, colonum, depoſitarium, commodatarium, negotiorum geſtorem, procuratorem, hoſpitem, amicum, et eum, qui precario poſſidet, aut familiaritatis iure fundum ingreditur, experiri poſſe adſerit. Neutro autem loco aliquando ſic pronunciatum eſſe refert, vt propterea opinio, quae conductori *Poſſeſſorium ſummarium* denegat, cum pro hac collegii iuridici, §. 8. ſententia ſit adducta, nobis praeferenda videatur. Nemini vero obtrudere noſtra volumus praeprimis cum ſciamus, haud raro etiam inter ſe diſſentire, qui de iure reſpondent.

COROLLARIA.

I.

Circa operarum locationem diſtinctio inter operas *locari ſolitas*, et locari *non* ſolitas, probe obſeruanda. Operae autem *locari non ſolitae* ſunt tales, vel *propter grauitatem & dignitatem ſuam* (v. g. operae profeſſorum, aduocatorum, medicorum, quae viribus ingenii potius quam corporis expediuntur) vel *propterea certa mercede aeſtimari non poſſunt*, quod ex illis nulla vtilitas in alterum, cui fiunt, perueniat, *e. c.* manumiſſio ſerui alieni, *v. l. 5. §. 2. de P. V.* Quibus caſibus non datur actio locati conducti, ſed actio in factum, propter exercitium nobile artis liberalis.

§. II.

Scripſit HERRMANN ZOLLIUS *ICtus Rintelenſis* diſſertationem *ad l. 9. C. de locato & conducto*, cui titulus: Kauff, hebt Miethe nicht auf. Cui diſſertationi vindicias prouerbii: Kauff geht vor Miethe, ſpecimini Antinomiarum Meuianarum *Lubec.* 1688. edito, adnexas, oppoſuit OTTO PHILIPP. ZAVNSCHLIFFERVS; ad quas defenſionem diſſertationis ſuae ZOLLIVS repoſuit, *Rintel.* 1690. exceptam *a* ZAVNSCHLIFFERO: *Vindiciis vindiciarum opinionis communis. v.* BEYER. *in poſit. ad π. tit. loc. cond.* poſt poſitionem 30. *conf. de* WERNHER. *P. II. obſ.* 360. *p. m.* 664. & *obſ.* 470. *p.* 938. & omnino *de* BERGER *in El. Diſc.*

Diſc. for. P. II. Supplem. p. m. 1790. Nobis in conflictu ea, quae *Dominis Opponentibus* diſplicebit ſententia, placebit.

III.

Collegia approbata ſtatuta quidem condere poſſunt, de rebus ad ipſorum collegium pertinentibus, vti communiter tradunt *Dd.* ad *l. omnes populi, π. de iuſt. & iur.* An vero valeat ſtatutum: Ne, quod vnus, (*locando operas ſuas*) coepit, alter perficiat? Daß dasjenige, was einer angefangen, oder zugeſchnitten, der andere nicht ausmachen dürffe? quaeritur. Id quod negandum nobis videtur. *v.* MOLLER. *Semeſtr. Lib. II. cap.* 15. Idem diſpoſitum in dem Kaiſerlichen *Patent*, wegen Abſtellung der bey den Handwerckern eingeriſſenen Mißbräuche, *d. an.* 1731. *art.* 13. *n.* 2.

IV.

Si domus conducta ſpectris infeſtetur, acris eſt diſputatio: *an conductor ante tempus conuentum a contractu recedere queat?* Adfirmantes prouocant ad *l.* 27 §. 1. *π loc. cond.* de qua lege notandum, eſſe vnicam in iure noſtro, ad quam haec arcana ab omnibus refertur quaeſtio. Huic calculum addit *Dn* CAROL. FRIDER. ROMANVS, hodie aſſeſſor *Facultatis Iurid Lipſ.* et Aedilis *Senat Lipſ.* longe meritiſſimus, *in diſſertatione ſua inaugurali*, quam *Lipſiae* 1703. *babuit*: De reſciſſione contractus locati conducti, ob metum ſpectrorum; *conf eiusd.* Schediaſma: *an dentur ſpectra, magi & ſagae? ibid.* 1704. Negat vero quaeſtionem, CHRISTIANVS THOMASIVS, diſſert. *de non reſcindendo contractu conductionis, ob metum ſpectrorum. Halae* 1711. Nos vtramque opinionem *ſuo modo* defendi poſſe, arbitramur.

V.

Si aliquis alteri operas ſuas ad annum locauit, et anno finito tacita fiat relocatio, quaeritur ad quale tempus haec facta intelligatur? Reſpondetur: Nullus hac de re in iure ſpecialis textus deprehenditur; putandum tamen, iterum ad annum tacite contractum celebratum eſſe, et quidem *arg l.* 13 §. *f. π. loc. cond* In quam ſententiam etiam pronunciauit F. I. Vitt. teſte *de* WERNHER. *P. IX. obſ.* 2. *p. m.* 3.

VI.

In locatione praeprimis praediorum ruſticorum, ſaepe conductor caſus fortuitos indiſtincte in ſe ſuſcipere tenetur, ſiue *v. g.* tempeſtate, incendio, morte animalium, vel quouis alio modo, contingant. Quale pactum tamen merito improbandum, proptereaque locatoribus, ne tale adiiciant, ſedulo ſuadendum, conductor enim hoc modo, praeter culpam ſuam ad incitas faciliime redigitur.

Digitized by Google

A me verſus cum Tibi ſcribi *Suauis amice*,
Poſcis, iam conſcendenti cum laude cathedram
Summa iuridicam, quam maxima pro dolor! angit
Me aerumna atque animo incumbit triſtiſſima cura.
Qui ſum doctus quidem quondam ſcandere verſus,
Atque vno rhytmo binos concludere verſus,
Sed nunc conſcenſuro etiam excelſum illum Helicona,
Nec Gradus ad manus eſt, opera conſtructus *Aleri*
Magni, nec *Textor* diuinus, *Weinrichiusque*
Ac plane deſunt cum *Hubnero* doctus *Hamannus*
Per quos egregii tot pangunt carmina vates.
Praecipue quandoque ſuis cultoribus alma Sophia
Praemia diſpeſcit. Tu cerneres ipſe,
Ac misereris, calamos rodentis & vngues
Nec quicquam orbatum his libris proferre valentis
Adflictam faciem. Quare quibus eſſe poëtas
Iam dederis, velis illorum Tu excerpere quaeſo
Me numero. Tua facta illi laudanda ſonabunt
Praemiaque et quaecunque extollunt carmine vates.
His ego me tacitus iungam, peiorque poëta
Sed ſi permittis, Tibi non ero peior amicus.

M. ABRAHAM GOTTHELF KAESTNER.

HERRMANN, *très-cher Ami*, ma muſe fauorite
Aujourd' hui m'encourage à loüer *ton* merite;
Sur *ta* docte diſpute, à TE feliciter,
TOI qui par *ton* ſauoir TE vois ſi réſpecter.
Tu montres en ce jour, que TV cheris l'Etude
Faiſant voir en public, *ta* grande exactitude
A faire noblement *ton* premier coup d'eſſais;
Et certes TV t'y prends ma foi, d'un très bon biais.
Veuillent les Muſes donc TE faire bonne face
Et TE faire monter par dégrés au Parnaſſe!
Ce qui rejouira celui qui d'un grand coeur,
Eſt *ton* fidele Ami, *ton* humble ſeruiteur.

FREDERIC CHARLES SCHVLTZ
Oppoſant.

Digitized by Google

EN! ſcandit iuuenis fulgens virtutibus altis,
In cathedram, Pallas praeparat ipſa viam.
Hinc mea Muſa canit, laetae ſaltare Camenae
Contendunt, clamant: gloria fixa manet.

Nobiliſſimo Domino Reſpondenti his
paucis ex animo gratulatur.

IOANN. MAVRITIVS AVERBACHIVS
Leucopetr. Opponens.

Freund! Dein bekannter Fleiß zeigt ſich anitzt der Welt;
Und weil er Sieg und Lob zum edlem Lohn erhält;
So kann ich meiner Luſt den Ausbruch nicht verwehren;
Die Freundſchafft fordert es, ich muß ſie Dir erklären.
Du biſt den Rechten held, mich reitzt Vernunft und Schrift:
Und doch iſt zwiſchen uns ein veſter Bund geſtift;
Kein Wunder, Lieb und Treu muß ſich auf Wahrheit gründen,
Die kann man überall in allen Künſten finden.
Bleib ferner, wie Du thuſt, der edlen Wahrheit Freund!
Und ob ſchon Dich und mich kein gleicher Zweck vereint,
So ſoll das nicht den Schluß der Freundſchafft hintertreiben,
Hier haſt Du meine Hand, wir wollen Freunde bleiben.

Seinem wertheſten Freunde und Landsmanne ſchrieb
dieſes zu Bezeugung ſeiner Ergebenheit.

Johann Chriſtoph Faber.
aus der Ober-Lauſitz.

Digitized by Google

Geliebter Hertzens-Freund! Das wohlgegründte Hoffen,
Das uns von **Deinem** Fleiß viel gutes prophezeyt,
Iſt nunmehr höchſt vergnügt und rühmlichſt eingetroffen,
Da dieſe Schrifft von **Dir** ein neues Denckmahl weyht.
Wohl an! ſo fahre fort den Rechten obzuliegen,
So folgt der Hoffnung einſt die angenehmſte That;
Wenn Glück und Vaterland **Dich** endlich ſo vergnügen,
Als Fleiß und Hoffen **Dir** zuvor verheiſſen hat.

Durch dieſe wenige Zeilen wolte ſich dem Herrn Reſpondenten beſtens empfehlen.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Johann Adolph Auerbach
Beyder Rechte Befliſſener.

Ein kühner Martis Sohn der mit entflammten Muth
Das grimme Mord-Metall, das blancke Schwerd ergreiffet,
Und mit erhitzter Fauſt nach Kopf und Leben ſtreiffet,
Erwirbt den Ehren-Krantz in ſeiner Feinde Blut;
Ihn will der Donner-Ton der Stücke nicht erſchrecken,
Vielmehr in ſeiner Bruſt noch gröſſre Gluth erwecken.
Du kämpffeſt **Werther Freund**! in Pallas Lager Stadt,
Und haſt der Feinde Heer mit Klugheit überwunden,
Die Beuthe wird nunmehr in **Deiner** Schrifft gefunden,
Die **Dein** geſchickter Fleiß **Dir** überliefert hat;
O fahre ferner fort mit ſolchen Muth zu kriegen,
So wird das Glücke ſelbſt zu **Deinen** Füſſen liegen.

Dieſes wünſchet ein aufrichtiger Freund

Johann Friedrich Warlitz
L. L. Cult.

Digitized by Google